

*F. V. G. Müller  
profess in  
Chair*

# DISSERTATIO JURIS PUBLICI

DE  
LEGITIMO AD COMITIA RECURSU,  
EJUSQUE GENUINO FUNDAMENTO.

QUAM  
CUM PARERGIS

*ad Diem XVIII. Februarii MDCCCLXXIX.*

PRÆSIDE

JOSEPHO LOMBERG,

MAJORIS ARCHIDIACONALIS ECCLESIAE BONNENSIS CANONICO CAPITULARI;  
JURIS GENTIUM & PUBLICI ROMANO-GERMANICI NEC NON HISTORIARUM PROFESSORE PUBL. & ORD.  
Collegii Academicо-Juridici p. t. Directore.

*In Aula Majori Juridica*  
ALMÆ ET FLORENTISSIMÆ ELECTORALIS ACADEMIÆ  
MAXIMILIANEÆ BONNENSIS  
PROPUGNABIT:

PETRUS TROMMENSCHLÆGER, Juliacensis.  
*Jurium Auditor.*

BONNÆ, in Typographia Electorali-Academica.

*Diss.  
jur.  
37.*

*Diss. jur. 37*

DISSERTATIO  
JURIS PUBLICI  
de

Legitimo ad Comitia Recursu, ejusque genuino Fundamento.

§. I.

**R**ecursus ad Comitia, de cuius Fundamento hīc quæritur, veluti à recurso à Potestate judicaria ad Legislatoriam, audit Remedium, quo quis potissimum Status Imperii, in Comitiis universalibus super Gravaminibus Sententiā alterutrius Architribunalis sibi illatis conqueritur, ibique pro iis de medio tollendis Imperatorem & Status tanquam supremi absolutique Regiminis germanici Caput & Membra insimul implorat.

§. II.

**H**oc Remedio adversū ipsas summorum Imperii Tribunalium Sententias, Status gravatos jām tribus propè ab hīc Seculis fuisse usos, testatur Exemplum M. ERNESTI BADENSIS, qui a. 1523. factō ad Comitia Recursu, sequentem allegāsse legitur Rationem: "gestalten solcher Vorgang zum hochbeschwerlichen Exempel und Eingang gegen alle Stände des Reichs, wo das zugegeben würde, reichen und unleidlich seyn würde" de HARP-PRECHT. T. 5. des Staatsarchivs. p. 55. sq. 198.

§. III.

**A**t verò quām expressā generatim Leges Imperii ejusmodi ad Comitia Recursibus non tām opitulentur, quin potius Caussas in alterutro Architribunali semel ac ultimatō discussas nulli alterius Cognitioni ultrā obnoxias esse statuant, (\*) hīc recte de ipsā horum Recursuum LEGITIMITATE ac genuino eorum quæritur FUNDAMENTO.

(\*) Capit. Cas. art XVI. §. 16. — R. J. N. §. 165.

§. IV.

**V**ndē hīc probē venit animadvertisendum, nobis Propositum esse omnino nullum, frivolis quibuscumque ad Comitia Recursibus cēt totidem judicariæ Potestatis Vulneribus, non sine maximo justarum Caussarum dispendio nimium hodiē quantum ingravescientibus, quoddam quasi legitimū adstruendi

1371 397.01

*Struendi Fundamentum*, cùm potius, si super solà *Juris Quæstione* Lis mota fuerit, in eorum discedimus Sententiam, qui Recursum nullo Jure admittendum esse contendunt, ut adeò toti simus cum Cl. PÜTTERO in seiner patriot. Abbild. des heut. Zust. der höchsten R. Gerichte ic. §. 65. Ubi adpositè ait: "Erwege man nur die üblen Folgen von allen diesen betrübten Umständen unserer höchsten Reichs-Gerichts-Verfassung: der Kayser, der alleinige höchste Richter in Deutschland, wird außer Stand gesetzt, seine höchst richterliche Gewalt mit einiger Wirkung auszuüben: seine Reichs-Gerichte werden nicht geachtet: Er wird von Bedrängten vergeblich angerufen, von Mächtigen nur dem Namen nach als das höchste Oberhaupt verehrt, der größte Theil seines Ansehens, und das vornehmste Stück, was Er noch von der sonst so sehr eingeschränkten höchsten Gewalt übrig behalten, Ihm entzogen." — Item §. 243. "Indessen ist noch in keinem einzigen Reichs-Gesetz der Recurs, so wie er heutiges Tags genommen wird, nur mit einem Buchstaben erwähnt." — Cf. de CRAMER Wezl. Nebenst. P. I. p. 35. sqq.

### §. V.

**D**issertatio sit itaque de genuino FUNDAMENTO ejusmodi ad *Comitia Re-*  
*cursus* non frivoli, sed rationabilis summoque Juri conformis, qualis  
 fit, quotiescumque *Camera* vel *Senatus aulicus*, quidquam *Legibus Imperii*  
*Statuumve Juribus* adversum statuunt, vnde manifestum cæteris quoque  
*Statibus* præjudicium inferri possit, ut indè legitimum oriatur *Gravamen*  
*commune Statuum*, super quo ab ipsis *Imperii Archidiaconeris* ad univer-  
 salia *Comitia* provocari, ejusque ibi Medelam competenter peti posse, ipsi  
 adeò augustissimi Impp. agnoverunt, teste *Mosero* in der historisch-und recht-  
 lichen Betrachtung des Recurs von den höchsten Reichs-Gerichten  
 an den Reichs-Convent. Grf. 1750. ubi p. 113. expressa hæc *Leopoldi*  
 Imp. de a. 1701. Verba resert: "so können wir doch in dieser Sache, da  
 des Bischofs Andacht sich gegen das Kammergericht insgesamt directe  
 beschwert, und seine Beschwerde als ein wegen der Consequenz gemeines  
*Gravamen* bey gegenwärtiger Reichs-Versammlung schon angebracht,  
 die mehrste Stände auch ihre Displicenz darüber zu erkennen gegeben, Dies-  
 selbe nicht ungehört lassen." — Vide Ge. Lud. BÖHMER de Gravamine com-  
 muni S. R. I. Statuum, Gætt. 1751.

### §. VI.

## §. VI.

**E**quidem à non nullis hoc ipsum ejusmodi *Recursus Fundamentum in Pristino Principum Judicio* (\*) ab aliis in *Consortio Potestatis Legislatoriae & Judicariæ Imperatoris & Statuum* (\*\*) collocatur, neutræ tamen eorum Sententiae subscribimus, cùm primò doceri nequeat, *Comitia nostra* in locum *Judicij Principum* successisse, & deinde frivola hæc atque Sabbatina de ipso *Potestatis Legislatoriae & judicariæ Imperatoris & Statuum Consortio* Doctrina, jàm tribus ab hinc annis à clarissimc ENDRES omnino ex-plosa sit àc penitus profligata in eleganti *Diss. de arcto supremæ Potestatis judicariæ Imperatori reservatæ & voti decisivi Judici Cameræ haud denegandi nexu.* *Wirceb. 1776.*

(\*) *Jo. Gr. ESTOR. de Judicio Principum Fundamento & Radice Provocationum ad Comitia. Jena. 1741.*

(\*\*) *Jo. Ern. FLOERKE Diss. de Consortio Imperatoris & Statuum Imperii in Potestate Legislatoria & Judicaria genuino Fundamento Recursus ad Comitia. Hala. 1756.*

## §. VII.

**R**ectius ergò verum atque genuinum legitimæ *Provocationis ad Comitia FUNDAMENTUM* ducimus collocandum I. in ipsa *Legum Imperii fundamentalium ANALOGIA.* — II. In antiquâ & adprobatâ *IMPERII OBSERVANTIA* — III. In ipsis demum *Juris publici universalis*, cùd *Gentium PRINCIPIIS NATURALIBUS*; Quale jàm adsignatum *triplex iusti Recursus Fundamentum* tanquam præprimis genuinum, paucis quidem, Argumentis tamen invincibilibus ex Professo demonstrabimus, ut eo adpareat, *Recursum* utùt in suo genere expressis *Legibus* reprobatum, in specie tamen haud omnem ipsis *Legibus* contrarium, sed non nullum in iis vel maximè fundatum, & consequenter esse Legitimum, eo, quo potissimum substratæ collimat *Dissertationis Scopus.*

## §. VIII.

**E**t primò quidem genuinum hujusmodi in specie *Provocationis ad Comitia FUNDAMENTUM* manifestò collocatum esse in ipsâ *Juriunt Legumque Imperii ANALOGIA*, invincibiliter probamus ex his ipsis *Imperii Legibus*, quæ diversarum Caussarum in *Archidicasteriis* ventilendarum supremam *Comitiis* tribuunt Analysis. Sic ex ipsâ *Potestate Judicaria Comitiis* reservata est *Notio*, ubi de decernendâ *Statûs Imperii* Proscriptione agitur; vndè ejusmodi Caussa, in quâ pœna *Banni* locum habet, summis quidem *Imperii Tribunalibus* vindica-

dicatur, ita tamen, ut Acta in alterutro Archidicasterio ad Sententiam usque  
instructa, directè ad Comitia transmitti debeant, ubi per Deputatos Jure  
jurando obstrictos, ex tribus Imperii Collegiis æquali utriusque Religionis  
numero constituendos, cum Caussæ Cognitione examinantur, quæ vñiversis  
Imperii Statibus communicatâ, ab iisdem fertur Sententia, ab Imperatore  
firmando, atque Executioni demandanda. Vide CAPIT art. 20. — Conf. Moser  
von Reichstags-Geschäften. p. 181. sqq. — ejusd. Nebenst. p. 413. sqq.

## §. IX

**P**rätereà quod in I. P. O. art. 5. §. 55. disertè legamus sancitum, quod  
“si quæ Dubia circà Interpretationem Constitutionum ac Recessum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis Caussis ex paritate Assessorum utriusque Religionis contrariæ oriuntur Sententiae, remittantur ad COMITIA.” — Quid quod ipsa adeò Capitulatio Cæsarea art. 17. §. 3. cùm Recursibus generatim non nisi Modum certosque Limites esse ponendos agnoverit, in specie ipsum faltem legitimum ad Comitia Recursum implicitè ratihabuerit. (\*) Ex quibus, ut silentio prætermittamus Recessum Imperii de a. 1654. §. 165. “da sich jemand ob der Kammer-Gerichts-Decreten und Urtheilen zu beschweren Ursach hätte ic.” ipsumque Rescriptum Cæsareum de a. 1715. die 18. Julii: “auf den Fall, da einige erhebliche Beschwerden wider Dero höchste Reichs-Gerichte mit rechtem Grund geziemend beigebracht werden sollten ic.” Ex quibus inquam, manifesta profecto resplendet Legum Analogia, cui tanquam Fundamento ipsum inniti legitimum ad Comitia Recursum, Consideranti obscurum non erit.

(\*) Ge. Henr. AYRER Progr. de Recurso ad Comitia per Capitulationem novissimam resticto non sublatu. Gœtt. 1745.

## §. X.

**A**ntiquam porrò & adprobata Imperii Observantiam ceū alterum legitimi Recursus Fundamentum, præter Sphos anteriores II. & V. in fine, nec non Experientiam præter & Praxin quotidianam, ipsa testantur expressa Capitulationis Cæsareæ Verba art. 13. §. 6. 7. & 8. ubi: “Wir sollen und wollen auch ob bemeldten Churfürsten zu Mähnz, dem Reiche zum Besten, eine und andere Sachen, wie auch der flagenden Ständen Beschwerniß, wenn auch schon dieselbe unsere Haufz-Reichs-Hoff und andere Rathé ihrer Arth nach Betreffen, in das Churfürstliche, oder in alle Reichs-Collegia zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zu stellen, keinen Einhalt thuen — noch daran hinderlich seyn, daß die

die in dergleichen Sachen (scil. super Gravaminibus contra Aulam Cæsaream) eingegebene Memorialien, wenn dieselbe anders mit behöriger Ehrerbietsamkeit eingerichtet sind, fördersamst zur Dictatur gebracht, und denen Ständen auf solche Weiß communiciret werden — auch darob besonderst zu halten, daß die beim Reichs-Convent einkommende Gravamina und Desideria Statuum, nach der vom Churmäyñischen Reichs-Directorio geschehenen, und unter keinerlei Vorwand zu verweigernden, oder zu verzögern den, sondern so fort zu verfügenden Dictatur, von besagtem Reichs-Directorio längstens innerhalb 2. Monaten, oder wo Periculum in mora ist, noch eher zur Proposition, und Berathschlagung gebracht werden." Quà sanè augustissimi ipsiusmet Imperatoris juratâ sponsione hanc ipsam ad Comitia provocandi Observantiam quām solennissimè adprobari, omnino convincimur.

## §. XI.

**T**ertium denique legitimi ad Comitia Recursū FUNDAMENTUM collocavimus in ipsis *Juris publici universalis* cù *Gentium PRINCIPIS NATURALIBUS*: quatenus juxtā illa supremam *Potestatem Legislatorium Potestate judicariā agnoscimus eminentiorem*, à quā posteriore ad priorem naturaliter patet aditus, quotiēs Sententiā *Legibus* adversā manifestum Succumbenti Gravamen cù Præjudicium aliás irreparabile illatum esse constituit: Soli quippe LEGISLATIONI absolutum *Jus* competit Majesticum, LEGES à se latas authenticè interpretari, easdem custodire, & curare, ut juxtā illas in *Tribunalibus* ritè judicetur. Hinc quāvis vniuersalia IMPERII COMITIA hunc quidem in finem haud sint congregata, ut exerceant *Jurisdictionem*, cùm supremā tamen polleant *Potestate Legislatoriā*, sequitur, quod supremā insimul gaudeant *Legum Custodiā*, cùm ipso supremae *Inspectionis*, atque *authenticae Interpretationis* jure, vi cuius ad ipsa cùm Ordines Imperii comitialiter Congregatos rectè poterit provocari, quotiēscunque *Leges* in manifestum Statūs præjudicium latā ab alterutro Arbitribunali Sententiā violari, & Gravamen adeò commune cæteris Statibus inde inferri, sine judiciariā Causæ cognitione manifestò constituerit. Atque eo etiam collimant Litteræ Regis Borussiæ de d. 12. Aug. 1722. interposito in *Causā Tecklenburgensi* ad Comitia Recursu: "Es scheine fast, daß andere von dem Weg Rechtens abweichende Absichten mit unterlauffen, und dahero nichts übrig bleibe, als ic. — Und da es allenfalls auf eine Interpretation der Reichs-Fundamental-Gesetze ankomme, so vor das gesamte Reich gehret,

höret, welche nicht eigenmächtig und zum Präjudiz der Ständen an sich zu ziehen, ja die Umstände davon so beschaffen, daß sämtliche hohe Status daraus billig eine gemeine Sache zu machen, und Ihr R. M. geziemend zu belangen Ursach hätten, daß sie Dero Reichs-Hofrath einen ernstlichen Einhalt zu thun, und sie bey ihrer in denen Reichs-Satzen wohlgegründeter Concurrenz in Auslegung der Legum Imperii zu lassen, und zu Handhaben geruhen möchten, — ic." — Fabers Staats-Kanzley. XLI. Th p. 667. sqq.

## §. XII.

**D**emonstrato paucis hisce legitimo ad *Comitia Recursu* atque adsignato ejusdem genuino *Fundamento*, singulis ex ordine specifico Caussis enumerandis ad *Recursum* legitimè qualificatis vel eo studiosius liceat supersedere, quo fusiù Cel. MOSERUS in der historisch- und rechtl. Betr. des *Recurs*, non tantum Casus, in quibus Caussæ etiā *Justitiæ* ad *Conventum Imperii* delatæ, ex *Actis publicis* studiosè collegit, sed & *Statu controversiæ* rite anteà formato, quæ in utramque partem adferri soleant Argumenta, sigillatim excusfit: ut adeò animadvertere quidquam vix restet, nisi quod generatim vel maximè legitima fundetur ad ipsam *Imperii Legislationem* Provocatio, quotiescumque illegitimè *Reservatorum Cæsareorum Extensione*, præsertim à *judice in propriâ Caussâ*, ipsa manifestò offenduntur *Jura STATUUM* sive præsertim *Territorialia*, sive qualiacunque alia *Legibus Imperii publicis* quæsita & jure perpetuo firmata, quatenus hâc ratione quam optimè ferta recta servatur ipsa *Reipublicæ Romano-Germanicæ FORMA*, ejusque *SCOPUS*, primariò consistens eo, ut *CÆSARIS PRINCIPATU* sustineatur *Vnitas* atque *Imperii Dignitas*, AUCTORITATE *STATUUM* verò provideatur, ne hic *IMPERATORIS PRINCIPATUS* in *Despotismum* degeneret.

## §. XIII.

**P**ro Coronide, quod ad ipsum hujusmodi *Recursus* interponendi atque introducendi *Modum* attinet, ex sola *Praxi Comitali* sine ulla *Legis Norma*, & citrà *Fatale*, omnia observantur, ut in arbitrio *Recurrentis* ferè positum sit, quandò & quo modo Desiderium suum sive *Litteris*, seu quas vocant *Deductionibus*, scriptis impressisve, *Legatis Comitalibus* præviò velit significare, quo *Passu* absoluto, eadem ex *Praxi* tūm præsertim ex eo totus pendet rei eventus, ut *Recurrens*, à *DIRECTORIO COMITALI* obtineat *DICTATURAM*, mentionem in *Schedulis indicendarum Sessionum*, *Instructio-*  
*nem*

nem *Legatorum Comitium*, Propositionem in singulis *Collegiis*, tūm de-nuō *Majora* singulorum Collegiorum *Suffragia* ad efficiendum prius duorum denique trium Collegiorum *communia Conclusa*, & *SUFFRAGIUM IMPERII* ex iis concipiendum. Atque itā semel ritē introducto *Recursu*, si manifestum videatur Gravamen, *Tribunalia gradum* sistere jubentur, quo Casu *RECURSUS effectum* habet *suspensivum*, quin ultrā impugnati *Tribunalis Informatio* alias necessaria exigatur. — Quemadmodū interea, quod dolenter hic concludendo referimus, *Proceres Germaniae* non nullos, horum de legitimo ad *Comitia Recursu* ejusque genuino *Fundamento* Principiorum sinistrè applicatorum Larvā & prætextu se adumbrantes, in omniforme *Cauſarum* genere ad hocce Refugium convolasse, & sic *Archidicasteriorum* Jurisdictionem, quæ Jure debetur, & quam maximè tuendam esse *Leges Imperii* sollicitè carent, ènormiter violasse, Experientia non satis dolenda testatur, itā ex adverso cum *Cordatis Imperii Civibus* totaque *Germania*, pium anhelamus Desiderium, ut in *Civitate* legitimus maneat cujusque *Jurium Usus*, illegitimus tollatur abusus, & *Cæsaris* quæ sunt *Cæsari*, *Statibus* quæ *Statuum* sunt, æquâ Distributione reddantur. Atque hāc ratione *JUSTITIA & PAX* in *Imperio* suaviter osculabuntur.

## P A R E R G A.

### I.

**A**narchia, quatenus est Societas in primævo Naturæ ceū naturalis libertatis & æqualitatis Statu inter Patres familias inita hoc Pasto, ut contrā externos Hostes sibi invicem Auxilia præstent, dici nequit rectoria.

### II.

Vnde mutuas Patrum familias Obligationes vi Anarchiæ contractas non tam ex Intole Imperii, quām ex solā Pactionis naturā determinari oportet.

### III.

Gentium, Imperantium mutuae Defensionis foedera (Off- und Defensiv-Allianzen) iisdem Anarchiæ Juribus dimentienda esse, suslinemus.

### IV.

Ex quo præliminarem de Anarchia Doctrinam non modò non inutilem, sed potius juris publici esse fundamentalem intelligimus.

### V.


Superioritas territorialis non nisi solis competit Imperii Statibus.

### VI.

Enimvero Nobilitas immedia t nullo eandem satis firmo prætendit Fundamento.

### VII.

Textum Capitulationis Cæsareæ art. XVI. §. 4. hujus Tenoris: "Wir wollen die Justiz nach Inhalt des Instrumenti Pacis benni Cammer, Gericht und Reichs-Hofratsh ohnpartheylie administriren, anbey verfügen lassen, damit in denen ein wie andern Orts ergehenden Erkläruncken, dren unglücklichen Ausdruckungen, bevorab gegen die Thürfürsten des Reichs sich enthalten werde" explicabimus, & cum suis inde fluentibus Corollaris interpretabimur.



© The Tiffen Company, 2007

## TIFFEN® Color Control Patches

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue

80

positionem in singulis Collegiis, tūm de Suffragia ad efficiendum prius duorum via Conclusa, & SUFFRAGIUM IMPERII vel ritè introducto Recursu, si manifestum um sistere jubentur, quo Casu RECURSUS ultrà impugnati Tribunalis Informatio modū interea, quod dolenter hic conaniæ non nullos, horum de legitimo ad fundamento Principiorum sinistrè applicantes, in omniforme Causarum genere sic Archidicasteriorum Jurisdictionem, è tuendam esse Leges Imperii sollicitè ca non satis dolenda testatur, ita ex adverso que Germaniæ, pium anhelamus Desiderat cujusque Jurium Usus, illegitimus est Cæsari, Statibus quæ Statuum sunt, Atque hāc ratione JUSTITIA & PAX aviter osculabuntur.

DOC

## E R G A.

### I.

imævo Naturæ ceū naturalis libertatis & æqualitatis hoc Pacto, ut contrà externos Hostes sibi invicem

### II.

obligationes vi Anarchiæ contractas non tam ex natura determinari oportet,

### III.

Defensionis foedera (Off- und Defensiv-Allianzen) iisdem nemus.

### IV.

Doctrinam non modò non inutilem, sed potius juris

### V.

in nisi solis competit Imperii Statibus.

### VI.

a nullo eandem satis firmo prætendit Fundamento.

### VII.

ex art. XVI. §. 4. hujus Tenoris: "Wir wollen die von Kammer, Gericht und Reichs-Hofratsh. ohnpartheyliche denen ein wie andern Orts ergehenden Erklärunstissen, d in die Thürfürsten des Reichs sich enthalten werde" orollariis interpretabimur.

DOC